

Las dos primeras de esas visitas nos preparan para la tercera.

Mientras más delicadeza y docilidad haya en nosotros para con el Espíritu Santo, más dispuestos estamos á recibir la abundancia de sus consolaciones. Es verdad que nosotros tenemos siempre los dones del Espíritu Santo; pero los tenemos inutilizados en alguna manera, por causa de nuestras disipaciones, de nuestras aficiones desordenadas y nuestras infidelidades tan numerosas. Nosotros resistimos al Espíritu Santo, le contristamos; El mismo se queja de ello: *¿cómo queremos, pues, que nos consuele?*

Apliquémonos á purificar el corazón mediante la vigilancia y la mortificación, el fervor de la caridad crecerá en nosotros, y bien pronto gustaremos cuán dulce es el Señor: podremos entonces hablar por experiencia de las consolaciones del Espíritu Santo.

#### RESUMEN DE LA MEDITACIÓN

PUNTO PRIMERO.—*Cómo el Espíritu Santo nos consuela.*— Por los testimonios que nos da, por la confianza que nos inspira por los mismos reproches que nos hace. El nos da dos testimonios llenos de consolación, ilustrándonos sobre Jesucristo y sobre lo que somos nosotros mismos en Jesucristo. La venida del Espíritu Santo fué para los Apóstoles como una nueva revelación de Jesucristo; lo mismo es para nosotros cuando se digna visitarnos. Además, El revela al alma cristiana lo que ella es en Jesucristo. La confianza que nos da descubriendonos el poder, la fidelidad y la bondad de Dios, causa una gran paz en nuestras almas. Las quejas y los reproches que nos hace oír son otra prueba consoladora de su amor para nosotros.

PUNTO SEGUNDO.—*Para quiénes son las consolaciones del Espíritu Santo.*— No consuela sino á los afligidos. ¡Bienaventurados los que lloran! Los primeros cristianos al abrazar la fe se consagraban á todos los sufrimientos y estaban siempre llenos de alegría. No resistamos nunca al Espíritu Santo, purifquemos nuestros corazones, sepámos vencernos y bien pronto gustaremos cuán dulce es el Señor.

#### ORACIONES que se acostumbran rezar después de la meditación

##### I

O JESU. vivens in MARIA, veni, et vive in famulis tuis, in spiritu sanctitatis tuæ, in plenitudine virtutis tuæ, in perfectione viarum tuarum, in veritate virtutum tuarum, in communione mysteriorum tuorum: dominare omni adversae potestati in Spiritu tuo, ad gloriam Patris. Amen.

##### II

Anima Christi, sanctifica me.  
Corpus Christi, salva me.  
Sanguis Christi, inebria me.  
Aqua lateris Christi, lava me.  
Passio Christi, conforta me.  
O bone Jesu! exaudi me.  
Intra tua vulnera absconde me.  
Ne permittas me separari a te.  
Ab hoste maligno defende me.  
In hora mortis meæ, voca me.  
Et jube venire ad te,  
Ut cum sanctis tuis laudem te,  
In saecula saeculorum. Amen.

##### III

Suscipe, Domine, universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo, vel possideo, mihi largitus es: tibi totum id restituo, ac tuæ prorsus voluntati subjicio. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

DIRECTIO INTENTIONIS ANTE MISSAM

1. OFFERTUR CUM PURISSIMA INTENTIONE

Domine Deus, ego intendo, hoc mane, quam maximo possum amoris, reverentiæ, et devotionis affectu, sanctissimum miae sacrificium majestati tuæ, cui soli debetur, offerre juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et ex nunc offero illud una cum omnibus sacrificiis tibi gratissimis, simulque pretium sanguinis Jesu Christi, mérita beatæ Virginis et omnium sanctorum, totiusque Ecclesiae preces et laudes, in unione illius sacrificii, quod Christus in ultima cœna instituit et in cruce consummavit, factus ipse sacerdos et victima, affectu et nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, totiusque Ecclesiæ, ex puro tui amore ac desiderio tui beneplaciti semper et in omnibus perficiendi.

2. PRO GLORIA DEI ET SANCTORUM

Offero tibi illud in protestationem supremæ ac increatæ tuæ excellentiæ, dominii tui in omnes creaturas, et nostræ subjectionis et dependentiæ a te; in gratiarum actionem omnium beneficiorum ulli unquam creature collatorum et conferendorum; in plenam abolitionem omnis injuriæ ab ullo unquam tibi irrogatæ vel inferendæ, ac in cultum latræ tibi soli debitum, cum omnibus adorationibus Christi, beatæ Virginis, ac omnium angelorum et sanctorum, item in augmentum gaudii humanitatis Domini nostri Jesu Christi, in memoriam vitæ et passionis ejusdem, et in augmentum gloriae ac beatitudinis immaculatissimæ Virginis, omniumque angelorum et sanctorum.

3. PRO IPSO CELEBRANTE

Offero etiam illud in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis mihi collatis, in satisfactionem pro peccatis meis, de quibus summopere doleo, propter offensam et injuriam, quam tibi irrogavi, cum firme emendationis proposito, et pro omnibus meis præsentibus et futuris animæ et corporis necessitatibus.

4. PRO OMNIBUS ALIIS

Offero demum pro omnibus vivis atque defunctis, pro quibus Dominus noster Jesus Christus et Virgo Maria sciunt et volunt ut sacrificem; pro parentibus, amicis, consanguineis atque benefactoribus meis; pro omni gradu sanctæ catholicae Ecclesiæ, christianorum principum unione, hæresum et schismatum extirpatione, omnium infidelium nationum conversione; pro totius cleri et omnium religiosorum statuum conservatione et augmento, et pro animarum in purgatorio existentium liberatione; maxime autem pro N.N. qui eleemosynam dederunt et reliquerunt ut secundum eorum voluntatem hanc missam celebrarem, quibus intendo hunc fructum applicare quantum scis me posse vel debere.

5. CONCLUSIO ET SUPPLICATIO

Respicere ergo me, indignissimum famulum tuum, quem pro vivis et defunctis legatione apud te fungi voluisti, ut defunctis requiem indulgeas, et vivis veniam gratiamque concedas tibi recte fideliterque serviendi, et in amore tuo usque in finem perseverandi. Amen.

*Oratio Sancti Ambrosii.*

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator, de propriis meritis nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate, accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum; mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas! o tremenda Majestas! ego miser inter angustias deprehensus, ad te, fontem misericordie recurro, ad te festino sanandus; sub tuam protectionem fugio, et quem judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo; tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas quarum non est numerus. Respicere ergo in me oculis misericordiae tuae, Domine Jesu Christe, Rex aeternæ, Deus et Homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te; miserere mei, pleni miseriis et peccatis, tu

qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve salutaris Victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve, nobilis et pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creaturæ tuæ, quam tu sanguine redimisti. Pœnitet me peccasse; cupio emendare quod feci; aufer a me, quæso, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea, ut purificatus mente et corpore digne degustare merear sancta sanctorum; et concede, ut sancta prælibatio corporis et sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tutio. Amen.

*Oratio Sancti Thomæ Aquinatis.*

Onnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper et egenus ad Dominum cœli et terræ. Rogo ergo inmensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare cæcitatem, ditarre paupertatem, vestire nuditatem, ut panem angelorum Regem regum, Dominum dominantium, tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici corporis et sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus! da mihi corpus, unigeniti Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpore suo mystico merear incorporari, et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater! concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio ad Spiritum Sanctum*

Veni, sancte Spiritus, amor Patris et Filii, mundator sceleorum, curator vulnerum, fortitudo fragilium, mōrentium consolator, fulgor intellectus, et vindex libertatis. Veni e patria felicitatis, et cordis mei penetralibus tam potenter illabere, ut vitia omnia et defectus tuo igne consumas et omnia peccata mea remittas. Emitte in animam meam lucis tuae radium, quo illuminante intellectum, quae tibi sunt placita videam; quo affectum inflammante, ad ea prosequenda tota virtute incumbam. Fac me dignum sacris altaribus ministrum; meque torrente tuae voluptatis inebria, ut cœlesti suavitate in hac divinissima mensa degustata, nihil venenatae mundi dulcedinis libeat amplius degustare. Imbuat me et perficiat septiformis Spiritus tuus et ad illum scientiae gradum fac me pertingere, ad quem pervenit apostolus tuus, cum dicebat se nihil scire, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Roboretur infirmitas mea fortitudine tua, vincat bonitas tua malitiam meam, et deformitas mea tua pulchritudine decoretur. Sursum erige me per aeternorum affectionem, copula tecum per amoris unitatem, conserva per finalem perseverantiam, ut tuo ductu revolet anima mea ad te principium et finem saum a quo nunquam separetur. Amen.

Gregorius XIII, Pontifex Maximus, concessit cuilibet Sacerdoti dicenti ante celebrationem quae sequuntur, quinquaginta annorum indulgentiam (1).

Ego volo celebrare Missam et confidere Corpus et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, juxta ritum sanctae Romanae Ecclesiae, ad laudem omnipotentis Dei totiusque curiae triumphantis, ad utilitatem meam totiusque curiae militantis, pro omnibus qui se commendarunt orationibus meis, in genere, et in specie, et pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae. Amen.

(1) Los autores varian acerca de la interpretación de estas indulgencias. Mgr. Bouvier y algunos otros ponen 50 días; pero parece ser que no se equivocan los que consignan 50 años, pues M. de Sambucy, en su *Manual des Devotions et Indulgences approuvées par le Saint-Siège; le Recueil de prières et de pratiques, etc.*, traducido de la 7.<sup>a</sup> edición italiana, publicada en Roma y aprobada por la Santa Sede opina esto mismo y también el P. Maurel, S. J. en su libro titulado *Le chrétien éclairé sur la nature des indulgences*.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

*Antiphona.*

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. *Tempore Paschali.* Alleluia.

*Canticum trium Puerorum.*

Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite, angeli Domini, Domino: benedicite, cœli, Dominus.

Benedicite, aquæ omnes quae super cœlos sunt, Domino: benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.

Benedicite, sol et luna, Domino: benedicite, stellæ cœli, Dominus.

Benedicite, omnis imber et ros, Domino: benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.

Benedicite, ignis et aestus, Domino: benedicite, frigus et aestus, Domino.

Benedicite, rores et pruina, Domino: benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, glacies et nives, Domino: benedicite, noctes et dies, Domino.

Benedicite, lux et tenebrae, Domino: benedicite, fulgura et nubes, Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite, mantes et colles, Domino: benedicite, universa germinantia in terra, Domino.

Benedicite, fontes, Domino: benedicite, maria et flumina, Dominus.

Benedicite, cete et omnia quae moventur in aquis, Dominus: benedicite, omnes volucres cœli, Domino.

Benedicite, omnes bestiae et pecora, Domino: benedicite, filii hominum, Domino.

Benedicat Israël Dominum; laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite, sacerdotes Domini, Domino: benedicite, servi Domini, Domino.

Benedicite, spiritus et animæ justorum, Domino: benedicite, sancti et humiles corde, Domino.

Benedicite, Anania, Azaria, Misaël, Domino: laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu: laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli: et laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

PSALMUS 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae: laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Trium puerorum, etc.

Kyrie, eleison, etc.

Pater noster, secrete.

v. Et ne nos inducas in temptationem.

r. Sed libera nos a malo.

v. Confitantur tibi, Domine, omnia opera tua.

r. Et sancti tui benedicant tibi.

v. Exultabunt sancti in gloria.

r. Laetabuntur in cubilibus suis.

v. Non nobis, Domine, non nobis.

r. Sed nomini tuo da gloriam.

v. Domine, exaudi orationem meam.

r. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui tribus pueris mitigasti flamas ignium, concede propitiis, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te copta finiatur.

Da nobis, quossumus, Domine, vitiorum nostrorum flamas extingue, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum.

ORATIO SANTI THOMÆ AQUINATIS

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternæ Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Te deprecor, ut haec sancta communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit mihi armatura fidei, et scutum bonae voluntatis: sit vitiorum meorum evacuatio; concupiscentiae et libidinis exterminatio; charitatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio; contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium quam invisibilium firma defensio; motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio, in te uno ac vero Deo firma adhaesio, atque mei finis felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eumden Christum Dominum nostrum.

*Actus amoris post missam*

Amo te, Domine Jesu, jucunditas mea et requies mea; amo te, sumnum et unicum bonum meum, ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex totis viribus meis; et si tu vides me in hoc deficere, saltem desidero amare te, et si satis id non opto, saltem desidero id multum desiderare. Succen-

de, Domine, igne tuo ardentissimo viscera mea, et quandoquidem non nisi amorem petis a me, da quod jubes, et jube quod vis. Nisi enim dederis mihi velle et perficere, peribo utique in infirmitate mea. Sonet vox tua in auribus meis vox illa dulcissima et efficacissima: *Volo. Nam si vis, potes me mundare et illuminare; potes me ad supremum amoris gradum elevare. Sicut voluisti pro me pati et mori, ita etiam velis ut appareat in me fructus passionis et mortis tuae. Memento verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti; tu enim dixisti: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo.* O dulcissimum verbum: Tu in me et ego in te! O quantus amor, tu in me vilissimo peccatore, et ego in te, Deus meus, cuius majestas incomprehensibilis est! Unum est mihi necessarium, et hoc solum quaero, in te vivere, in te quiescere, a te nunquam separari. Felix est qui te quaerit, felicior qui te possidet, felicissimus qui in hac possessione perseverat et moritur. O dies infelices, quos turpiter transegi diligens vanitatem, et recedens a te! Et nunc, Domine, qui venisti in hunc mundum, ut peccatores salvos faceres, redime animam meam in sola fiducia miserationum tuarum respirantem et aufer a me omnia amoris tui impedimenta. Procul sit a me omnis terrena delectatio; nihil sapiat mihi, nihil me alliciat nisi tu. Vive et regna semper in me, fidelissime amator animae meae: in te enim sunt omnia bona, et jam deinceps paratus sum omnia potius mala perpeti quam ut unquam cessem amare te. O corpus sacratissimum, quinque vulneribus sauciatum, pone te ut signaculum super cor meum et imprime illi charitatem tuam. Obsigna pedes meos, ut sequar vestigia tua; obsigna manus, ut bona semper opera exerceam; obsigna latus, ut ferventissimos amoris tui actus proferam in aeternum. O sanguis pretiosissime, qui omnem hominem abluis et purificas, lava animam meam, et pone signum in faciem meam, ut nullum praeter te amatorem admittam! O dulcedo cordis mei et vita animae meae, sicut tu in Patre, et Pater in te est, ita ego per gratiam tuam unus tecum sim amore et voluntate, mihique mundus crucifixus sit, et ego mundo! Amen.

*Oblatio post Missam.*

Servus tuus ego sum, Domine Deus meus, et pro tributo servitutis meae aliquid tibi offerre vellem, quod majestate tua dignum et acceptabile foret; sed excedit omnem facultatem meam debitum meum, quia tantum tibi debo, quanti tu vales, qui infinitus es; et ex me quidem nihil possum, nihil sum; habeo tamen ex gratia tua donum praeclarissimum, quod nullo modo recusare potes; habeo dilectissimum Filium tuum Dominum meum Jesum Christum, qui ita se mihi communicavit, ut ego in illo, et ille in me sit. Quare verba prophetae tui aptissime usurpabo, et dicam: *Benedic, anima mea, Domino, et omnia que intra me sunt nomini sancto ejus.* Ipse enim Filius tuus digne pro me nomini tuo benedicet, teque amat, et glorificabit; nam intra me sacramentaliter existens factus est unum mecum, et ego unum cum illo. Ipsum igitur offero tibi velut thymiana suavissimi odoris ad maximam tui gloriam et honorem; in gratiarum actionem pro universis beneficiis tuis; in remissionem peccatorum meorum et totius mundi; ad impetrandum mihi et omnibus, pro quibus oravi et orare debo, omnia subsidia vitae temporalis et eternae, et pro animabus omnium fidelium defunctorum. Suscipe, Domine, cum hac sacratissima oblatione, animam meam et corpus meum, omnes vires et affectus meos, ut sim perpetuum holocaustum jugiter ardens majestatis tuae. Praesta ut deinceps nec membra, nec sensus, nec potentias, nec vitam habeam, nisi ut te amem et serviam tibi. Tu sapientia mea, tu lux mea es, tu fortitudo mea et robur meum: doce me, illumina me, corrobora me, ut cognoscam et faciam voluntatem tuam. Offero me tibi in servum perpetuum, meque totum signo in beneplacitum tuum, abjecta de me omni cura et sollicitudine. Quidquid mihi evenire permiseris a divina manu tua et amantissime suscipiam. In tempore et in aeternitate id volo, quod tu ab aeterno de me decrevisti, sive prosperum illud sit, sive aduersum. Vivat semper et regnet super me beneplacitum tuum, quod in omni verbo, actione, cogitatione, et levissimo quoque motu implere desidero. Domine, ante te omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. Desunt enim mihi verba, quibus, explicem affectum meum, sed projicio me in ardentissimam forna-

cem amoris tui, quo succensus ad me venire dignatus es, et mansionem apud me facere. Succende me, Domine, inflamma cor meum, viscera combure, ut jugiter tibi ardeam, in te vivam, et in te moriar. Amen.

*Petitiones post Missam.*

Dulcissime amator, Domine Iesu Christe, qui me corpore tuo immaculato et pretiosissimo sanguine refecisti, ignosce, obsecro, indignitati meæ, et quidquid deliqui in hujus missæ celebrationē misericorditer indulge. Agnosco enim et confiteor præsumptionem meam, quia ad hoc tremendum mystérium accedere ausus sum sine debita præparatione, reverentia, humilitate et charitate. Respice in me oculis misericordiæ tuæ, et supple excessu meritorum tuorum meam nimiam imperfectionem. Heu! quoties venisti ad me ut pauperrimam animam meam donis tuis locupletares? Ego autem contempsite et abii in regionem dissimilitudinis post prava desideria cordis mei. Cumque inutiliter dissipata omni substantia, ad te nudus et fame consumptus reversus sum, tu suscepisti me, et omnium iniquitatum mearum oblitus es. Bonum mihi quod amasti me amore æterno et infinito: nisi enim infinita esset bonitas tua, nullo modo posses tolerare miseriam meam. Vincat igitur et absorbeat bonitas tua malitiam meam. Riga me lacrymis, quas fudisti pro me; unge me myrrha doloris tui, astringe vinculis, ablue sanguine, cruce erige, morte vivifica. Penetret amor tuus viscera mea, et omnem alienum amorem expellat. Abscedat phantasmatum multitudine; meque totum in te transforma, ut in te pereat omnis substantia mea, meque amplius non inveniam nisi in te. Imprime cordi meo amorem crucis et humiliationis, qui, ut me redimeres, nec uno quidem momento sine cruce esse voluisti. Ne patiaris me sine fructu a te recedere, sed operare mecum mirabilia tua, sicut cum sanctis tuis operatus es: et fac me ambulare in fortitudine cibi istius usque ad montem perfectionis. Succende me ignita vi amoris tui, ut sim tecum consummatus in unum omnino abstractus a me ipso, et ab omni creatura. Omnibus quoque famulis tuis, pro quibus obtuli hoc sacrificium, et pro quibus orare debo, seu tu rogari vis, dampnem, salutem, et tuam benedictionem. Converte miseros peccatores ad te, revoca haereticos atque schismaticos, illu-

mina infideles et ignorantes. Adesto omnibus qui in aliqua necessitate et tribulatione constituti sunt. Esto propitius propinquis et benefactoribus meis. Miserere omnium adversantium mihi, vel qui me aliqua molestia affecerunt. Succurre illis qui se meis precibus commendarunt. Da vivis veniam et gratiam, da fidelibus defunctis lucem et requiem sempiternam. Amen.

*Oratio S. Bonaventuræ.*

Transfige, dulcissime Domine Jesu, medullas et viscera animæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque et apostolica sanctissima charitate; ut languageat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui; te concupiscat et deficiat in atria tua; cupiat dissolvi et esse tecum. Da ut anima mea te esuriat, panem angelorum, refectionem animarum sanctorum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis; te in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ; te semper sitiat fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei; te semper ambiat, te querat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem; et tu sis solus semper spes mea, salus mea, tota fiducia mea, divitiae meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea et possessio mea, thesaurus meus in quo fixa, et firma, et immobiliter sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

*Formula gratiarum actionis.*

O dulcedo cordis mei, et vita animæ meæ, et jucunda requies spiritus mei, dulcis Jesu! immortales tibi ago gratias pro omnibus beneficiis mihi collatis; signanter vero, quia

hodie me dignum fecisti, verum et immaculatum corpus et sanguinem tuum pretiosum consecrare, pertractare, illudque tibi offerre in memoriam tuorum mirabilium, ad tuam gloriam et in remissionem omnium peccatorum, tam meorum quam illorum pro quibus orare et offerre proposui, illoque in salutem et consolationem animæ meæ cibari et nutriri Quapropter vere dicere audeo: Cibus meus Christus, et ego ejus. Multiplico ergo, et quotiescumque respiro, multiplicare intendo meam voluntatem in infinitum in tuis laudibus; precorque beatissimam Virginem, angelos, sanctos, sanctas, et creaturas universas, pro me immensas tibi refferre gratias. Imo quia ista minime sufficiunt, te supplico ut ibi ipsi gratias agere, te laudare et glorificare complaceas: et qui dignatus es istam indignam, tuam tamen facere habitationem, dignare quoque apud ipsam perpetuam facere mansionem. Effice me hominem secundum cor tuum. Une me tibi intime, et totum transforma, ac transmuta in te. Salva me, Jesu Christe; et cunctam a me hostis antiqui depelle nequitiam per tuam innocentissimam passionem. Oro, itidem, ut digneris gratias et indulgentias omnes, quas hoc sacrificio vel communione mediante, acquirere et lucrari possum, concedere tan mihi quam aliis vivis et defunctis quibus applicare proposui; quia te ipsum et pro ipsis exoro pro quibus et tu vis, et Sanctissimus Pontifex intendit hac de causa me debere orare. Amen.

*Pater et Ave.*

A. M. D. G.